

21

M. 9/ Ir admodum reverende, Consobrine honoratissime,

Quod olim mihi apud externos degenti, idem nunc feliciter in patriam
(quæ summi patris est clementia) reverso contingere viro. Etiam nimirum,
mi consobrine, præsentiam, quæ absens gaudere non poteram, literis expetebam;
nunc eandem lego præsens à te absente ut impetrem cum amoris tum sanguinis
vinculum jubet. Magna locorum distantia me impediebat, quo minus
festivitatibus tuis nuptialibus adesse poteram, nec tamen omne iter ita
præcludebat, quin etiam animi mei nuncius gratulando aliquo disticho de
vos advolaret: nunc ego, qui iisdem festivitatibus propinquus non tanta locorum
intervalla nec tot itineris pericula circumspecto, non minorem de corporis
tui præsentia, quam de animi nuntio spem mihi facio. Omnipotentis
Dei hæc est providentia, qui tanquam ævus conjugii autor, honestissimam vir-
ginem Mettam, Anglissimi et prudentissimi p. m. dñi Dithmari Eber-
becci Reip. hujus quondam Senatoris filiam, intercedente utriusq. nostrum
parentum et consanguineorum consensu in futurum omnis vite consortium
mihi destinavit. Hoc igitur quò laudabili ab Ecclesiis recepto more
ineamus, diem 24^{thum} Julii st. vet. qui Martii vulgò dicitur et festum
S. Jacobi proximè antecedit, sacerdotali benedictioni et nuptiarum honori as-
signavimus. Atq. hæc causa est, quæ mihi de tuo ad nos itinere verba
facere jussit. Nec desisto, sed tuam Rever. unâ cum dilectiss.
uxore et liberis (quorum numerum de nescio succrevisse et gaudeo et gra-
tutor) cum charissimorum meorum parentum, tum meo Amatiq. nomine
solenniter instantissimèq. rogo, obsecro, contestor, ut dictum copulationi
nostræ festum suâ præsentia condecorare, ardentib. ad Deum precibus au-
spicari dignentur. De cætero ea, quæ largâ altissimi beneficentia
pro loci hujus ac temporis ratione nobis suppeditabit, hilari quin animo
ut accipiant, nullus dubito: nec enim de accessoriis istis longiora inter con-
sanguineos verba facere congruum arbitror. Quod verò de tua erga nos
benevolentia sine hæsitatione mihi spondeo, idipsum pro tenuiculo viri-
cularum necrum nodulo quovis officiorum genere me re compensaturâ repro-
mitto. Vale et salve cum tota familia, à parentibus, amata,

Vaban Bremæ
die 13. Junii,
1638.

Tuq. officiosissimo consobino

Joh. Wachmanno jun.
u. s. d.

Vno summo reverendo, clauso
dno Jacobi Cich.
litter. de lingu. dicit. 19.
consobino honoratissimo

Franciscum.

